

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Stein

**Programma Funebre, Qvo Rector Academiae Rostochiensis Matthias Stein/ I.U.D.
& Cod. P.P. O. Ad Exeqvarum Solennia Foeminae ... Margarethae Giesen/ a
Viduo maximo in luctu versante hodie parata Cives Academicos omnes
singulosqve Officiose ac humanissime convocat**

Rostochii: Wepplingius, [1707]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746577109>

Druck Freier  Zugang



Stein, M.,
in M. Giese,
uxor. P. Ciese.

Rost. 1707.

6.

Programma Funebre,

Quo
RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

MATTHIAS SZEGR/

J. U. D. & Cod. P. P. O.

Ad

EXEQVIARUM SOLENNIA

FOEMINÆ NOBILISSIMÆ ac VIRTUTIBUS
PRÆSTANTISSIMÆ,

MARGARETHÆ

SZEGR/

Viduo maximo in luctu versante

hodie parata

CIVES ACADEMICOS

omnes singulosque

Officiosè ac humanissimè

convocat.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPINGI, SER, PRINC. & ACAD. Typogr.



Tane jam nunc iterum
tristi defungar officio ? Iterumne
nunc ad funus Vos convocare compel-
lor, CIVES HONORATISSIMI ! ut
inter lugentes incedatis luctuique ve-
strum misceatis dolorem ? Vix cala-
mum deposueram à Viri multorum in
Patriam nostram meritorum, indeque
honoratissimi inter omnes æstumatis.

simique vitæ descriptione desistens ; & novus subito advenit, ut,
quem abjeceram, realumerem eodemque lugubri in scribendi
genere pergerem, rogitans nuncius. Eripuit namque nec digni-
tati, nec probitati, nec sexui, nec ætati parcens mors, eripuit, in-
quam, ex vitâ superiori die VI. currentis mensis Fœminam Nobilis-
simam maximoque virtutum muliebrium splendore præfulgentem,
MARGARETHAM, nativitate **GIESENIA**, conjugio **CIESE-
NIAM**, & eripiendo Viduo nunc mortissimo, Nobiliss. Consul-
tiss. arque Ampliss. DN. PAULO CIESEN, J. U. D. Clarissimo,
causarumque Patrono dexterrimo, dolorem, ristitiam, luctumque
conciliavit, qui potest esse, sumnum. Atque hoc ipsum est, quod
præsentii huic scripturæ generi exarando occasionem dedit. Quod
si enim nec apud Romanos fœminarum virâ funicularum laudationes
inustatas fuisse legimus, quidni & nos hoc quidquid est honoris
mulieribus honestatis virtutumque laudem apud nos habentibus
exhiberemus ? Id que præsertim, quoniam cum maribus & eun-
denuhabent ortum, & ad eundem tendunt scopum, & eadem in
Regno

Regno gratiæ Christi privilegia bonaqve participant. Redemptæ
non minus à Christo sunt , regenerantur & qve ad vitam spiritualem,
sunt corpora ipsarum per fidem templa Spiritus Sancti , fructus fe-
runt fidei in exercitio virtutum Christianarum , spes quoqve hære-
ditatis tacta ipsis est æternæ beatitudinis. Ecquis autem, hæc reli-
qua omnia superare, non confitebitur ? siqvidem cœlestia munda-
nis , spiritualia naturalibus, æterna temporalibus, perpetua caducis
anteferenda longè esse, adeò extra omne dubium positum est, ut
qvosqunqve hominis gerentes nomen consentientes habuero quam
facillimè. Hæc verò sunt veram laudationum materiam suppeditan-
tia, ut igitur , quam Romani, longè plus habeamus cauæ, cur
fœminas Christianas, etiam post tata , prædicemus. Idcirco ipse-
met etiam infinitus DEI Spiritus nobis præxiit, haud parum laudis
Sexui huic passim sacrarum Scripturarum tribuens. Cœtera nunc
colligere vel non attinet , vel non vacat : Id autem præsente hac
occasione meditemur , qvod Paulus , qui fera Gentium corda pri-
mus sacro perdomuit stylo, ad Timotheum suum I. Epist. II. 15. prescri-
psit : *Mulierem heri salvam per generationem liberorum , si manserit in
fide ac dilectione , & sanctificatione , cum modestia . Docuerat in præce-
dentiibus Divinus Scriptor , qualia mulierum , præsertim in publicis
conventibus sacris , esse officia debeant , aliaqve inter publicum illis
prohibuerat docendi munus , additis rationibus : tum qvod Adam
prius , & Eva propter illum creata ; tum qvod non ille , scilicet im-
mediate à Diabolo ; sed hæc sit seducta , posteà non sine verborum
lenociniis illecebrisqve Virum seducens . Ne autem nimium exte-
nuasse videretur sexum huncce , vel ipsæ mulieres pravam Concep-
tent persuationem , ac si omnis sibi adempta salutis spes esset ; solari
eas vult , occupatione talis oborituræ forsitan cogitationis utens , ni-
hilo tamen minus ipsas salvatum iri , asleverans . Veruntamen hic
putandum nullatenus est , liberorum generationi tantum compe-
tere coram DEO virtutis , ut mereri æternam salutem possit . Utut
enim alias prepositio PER causulis particula sit , cum primis causæ
instrumentalis aut meritoriæ indicativa ; non tamen heic loci eam e-
jus esse post significationem , facile judicabit qvilibet , qvisqvis
solum Christum , ceu unicum Salvatorem nostrum , omnem nobis
promeruisse salutem , mecum agnoverit . Facillimo proinde mo-*

A 2

mento

mento conjicimus; particulam perponi pro in vel inter; id quod nec
alibi insitatum Scripturæ est. Exemplum enim clarissimum vide-
sis Rom. II. 27. ubi Apostolus: *judicabit quod ex naturâ preputium,*
si legem servaverit, te, qui per i.e. inter literam & circumcisionem
transgressor es legis. Enim verò quis literam & circumcisionem,
utramque à DEO ad salutem datam & ordinatam, causam esse trans-
gressus legis dicere ausit? Per liberorum generationem igitur
salvas fierimulieres, id dictum solummodo est: *Mulierem salvatunc*
iri, non obstante ipsius saluti nuxuyovia, seu vita conjugali: sicut A-
braham dicitur esse pater credentium per preputium, id est, preputio
fidei ipsorum nihil obstante aut incommodante; interpretante accurate
tissimè B. Ag. Hunno in Exeg. ad h. l. Imò vel ipse Paulus, quam
hunc, non alium posse dictorum tenum esse, aperte satis indicat,
addendo: *Si manserint in fide, ac dilectione, & sanctificatione, cum mode*
stia. Sunt, qui verba hæc de liberis intellecta volunt, quam ab
eorum probitate matrum penderet salus, ut hæc salvæ fierent, si
istí in fide permanerint ceterisque virtutibus. Idque ideo affir-
mant, quia mulier in singulari dicebatur, mox autem in plurali
numero additur verbum permanerint. Verum enim verò obser-
vari oportebat, latere in his verbis figuram, quam Synthesin nu-
meri Grammatici vocant, quā nomini multitudinis singulari re-
spondet verbum plurale. Mulier namque h. l. non certum de-
notat individuum, sed speciem individuorum, vel, si mavis, lexum
integrum. Et quomodo matrum inde salus, si liberi in virtute ac
fide perseveraverint? Anne igitur dammandæ, istud si non fieret?
Agant potius ipsæ, in timore DEI eos educando, quod possunt: At
perseverantia ipsorum in matrū potestate non est, adeoque nec
illis imputabitur. Ipsiæ itaque fœminas ad salutem adspirantes in
fide, ac dilectione, & sanctificatione, cum modestia permanere
oportet. Non quod virtutibus illis meriti sit tribuenda dignitas;
sed quod hæc illa est, quam Deus à justificatis requirit, nova obe-
dientia, quam qui neglexerit, æternâ, ni serio penitendo rever-
tatur, salute exciderit. Attendite nunc, quam acceptæ DEO sint
mulieres fideles virtutumque Christianarum amantes. Modo ipsæ
sunt non resistant saluti, salvas easdem omnino vult. Ecquid ergo
fœminas Christianas & vitâ laudabili & morte beatâ functas publicè
laudari

laudari prohibet? Aeternæ participes salutis sunt, adeoq; per Christum Redemptorem suum, immo & nostrum, factæ coram DEO sunt justæ: iustorum autem memoriam esse in benedictionem oportet, edicente ex divino afflatu sapientissimo Regum Salomonem Prov. X. 7. id est, Vatablo exponente, tama iusti celebritas esse debet atque plausibilis. Idcirco etiam foeminarum à Christo redemptarum, in Christum credentium & per Christum iustarum tamam reddamus celebrem atque plausibilem, decet, qvò &, si qvæ futura est, posteritati grata earum memoria superfit. Idque merita maximè est hæc ipsa iam supra nominata, cuius ossa hodie in dormitorium suum recondenda sunt. Haud parum ei accessit laudis, qvod Parentibus & honestis & honoratis suis que meritis admodum conspicuis originem debuit suam. Patrem namque habuit Virum Nobiliss. Ampliss. ac Prudentiss. DN. CHRISTIANUM GIESEN, Civitatis Parchimensis, ob Aulæ Provinciæque judicium ibi florens, florentissimæ Consulem gravissimum optimèque meritum, nec non dicti Dicasterii Adfessorem extraordinarium, ordinarium verò ad comititia provincialia Deputatum fulgidissimum. Matrem amplexa est Nobiliss. omniq; virtutum sexus sui genere valde decoratam foeminam, ANNAM Nefindis. Avus paternæ lineæ ipsi fuit Vir Nobil. ac Prudentiss. DN. DAVID Giese / Senator Parchimensis ætatemissimus, ut & Ducalis Oeconomus. Avia, foemina Nobiliss. & à probitate ceterisque virtutibus laudatissima, DOROTHEA Schulzen. Maternæ lineæ Avus fuit Nobiliss. atque Prudentiss. DN. ANTHONIUS Nefind itidem dicta Civitatis Senator gravissimus. Avia ejusdem lineæ Nobilissima omniq; muliebri decore condecoratissima CATHARINA Welthins. Proaves Beatae qvod spectat, numeratur in linea superiori Vir Spectatiss. integerissimus que MATTHEUS GIESE, primarius inter Parchimenses Civis atq; Mercator industrius. Qui copulari sibi fecerat Virtuosissimam foeminam N. N. Schumacherin / quam nostræ deinceps Proavia dedit. In linea inferiori extitit cum filio suo idem nomen gerens Spectatiss. ac Optimus Vir, ANTHONIUS Nefind / & ipse Civilis Parchimensis atque Mercator laudatissimus. Cui uxor, Nostræ autem Defunctæ Proavia conrigera pietate pariter ac probitate multum conspicua foemina, ANNA Rütingen. Hujusmodi Parentibus

natum se esse gloriari potuit beatè defuncta. Neqvaquam tamen
iisdem eam superbire vidimus, qvin potius inglorium sibi duxerit, si
non & ipsa Parentum imitaretur virtutes, ac laudibus dignam se
implam exhiberet. Optimè enim non minus, qvam verisimè acer-
rimus humanorum morum censor, Seneca Herc. fur. V. 339.

- - - Qui genus jactat iuum,

Aliena laudat.

Alienā igitur laude contenta Nostra nunquam fuit, sed propriam
qvælivit, qvæsistam etiam invenit. Et ad hoc ab ipsis etiam Paren-
tibus suis ducebatur. Hi namqve nilqvidqvam omiserunt eorum,
qvæ ad rectam facere educationem possunt. Qvā in ut eò melio-
rem experientur progressum, non ignorantes tine Spiritus Sancti
auxilio omnem ejusmodi laborem frustrā insumi; ante omnia cu-
rarunt, ut recessas nata sacro baptismatis fonte, qvo Spiritus S. super
nos effunditur, à connatā impuritate lavaretur. Utqve per omnem
postea vitam suam initi hujus cum DÉO fœderis non immemor vi-
veret, nomen MARGARETHÆ impositum ei voluerunt, ut eo au-
dito factæ à se DÉO promissionis recordaretur. Et ex spirituali
illâ regeneratione jam plus nacta laudis erat, qvam ex naturali
suâ nativitate, prouti præstantius est esse Christianum, qvam homi-
nem. Uti autem non prodest benè cœpisse, ni & perrexerimus;
ita, cum ætate cresceret Nostra, à teneris inde ungviculis & vir-
tutis amore ei instilarunt, & ad studium ipsarum eam duxere
Parentes. Neqve vanus iste illorum existit labor, siquidem vel
primis annis ad id ascendisse fastigium visa est, qvorum multæ pro-
vectioris jam ætatis non pertingunt. Non poterat non adeò mul-
tum creare gaudii optimis Parentibus, qvibus tamen eodem diu
frui haud licuit. Inopinâ namqve morte in meliorem traducebatur
vitam uterque Parens, Nostrâ post sc̄ orbâ omnino relictâ, cuiex-
inde eò plus enascebatur doloris, qvò meliori curâ privatam se
sentiebat. Attamen in DÉum, ceu fontem omnis boni, confidere
à teneris edocta adeò fiduciam suam non abjecit, ut potius eò fir-
mius ei adhæserit. Ejus enim in salutitero verbo solatium anxia
quærebat, eum amabat Patrem benignissimum, eum veneraba-
tur Protectorem omnipotentem. Et hæc laudatissima pietas ejus,

soro-

foroio qvæsi vinculo cum probitate ceterisqve virtutibus connexa-
erat, qvæ amorem ei conciliaverat laudati supra DN. Vidui. Ad-
miratus & ipse dotes erat, qvæ omnium bonorum favorem & amo-
rem promeruerant. Vitæ igitur hbi sociam qvæsiturus, mutuum
ejus ambire amorem studuit, & non ambiit solum, sed & exambiit.
Præviis namqve ad DEum devotis precibus, cum contentu corum,
qvorum ab utraqve parte intererat, Nostra ei despousabatur.
Nec multo post consummata reddebat fæderotali benedictione
Sponsalia, cum primus ageretur novi hujus seculi Annus, die qvi-
dem mensis juli primo. Qvandoqvidem autem in hac ad Balthi-
cum mare Musarum sede sedem familiæ suæ figere Consultist. Dn.
Marito decretum erat, Beata Nostra eum huc seqvi nulla abnuebat,
sed, patriâ relictâ, ducentem conjugem ceu fidelis comes comita-
batur. Patriam enim esse ducebat, ubi bene sibi fore sperabat; sed
DEum timentibus nullibi terrarum male esse potest. Tali in con-
jugio inter nos vivens qvalem erga maritum suum semet præstiterit,
multis extollere verbis supercedebo. Alioquin sanè non pauca
nec exigua in laudem ejus, suffragante omnium bonorum, cumpri-
mis eorum, qvibus familiarius innotuit, testimonio, dici possent.
Et vel ipse cordis dolorem præferens vultus Vidui nunc moestissimi
id satis luperqve eloquitur. Laudat ipse amorem ejus non intuca-
tum, deprædicat curam sui causa susceptram, agnoscit reverentiam
sibi exhibitam, & hæc omnia unico mortis ictu nunc sibi erepta do-
let, luget, plangit. Et certè, quisqvis sinceritatem conjugalis a-
moris agnoscit, ejusqve degustavit teneritudinem, qvod vitio ipsi
vertat, non inveniet, ut potius, quin ei condoleamus, fas esse sit
judicaturus. Vixit qvidem cum Conjuge adeò amatâ in septimum
usqve annum DN. Viduus: at ita vixit, ut vix toridem menses ab
eo inde præterlapsi ipsimet videantur. Sed deplorandus adhuc magis id propter prælens ejus status est, qvod ne qvidem unicum si n-
cerium amoris conjugalis pignus residuum habet. Etiam si enim
sterile hoc matrimonium non fuerit, non tamen, ut diu viderent
fructum suum, tam felicibus esse Parentibus licuit. Pepererat
bare Defuncta primâ vice filiolam, cui cum baptizaretur, nomen
ANNE CHRISTINE DOROTHEÆ impositum erat; sed elapsa

VIX

vix tristum à nativitate mensium spatio èandem coelo , unde accep-
rat, reddere oportebat. Alter etiam partus seqvioris sexus fuit, qui
verò vitam Matri, à qvā acceperat, ademit , ipse quoque simul
mortuus, uti paulo post dicetur, anteqvam vivere cœpisset. Ce-
terūnq; quantā industria domesticis prætuerit negotiis Nostra, qva-
li prudentiā curaverit rem familiarem , vel ipsa res testari sufficien-
tissimè potest. Ceteræ quoque non minus in eâ eminuerunt virtu-
tes , utpote modestia , comitas , humanitas , & si qvæ alia. Maximè
autem omnium laudanda est ejus erga DEum pietas , qvam extenuis
actibus atq; signis declarare solebat. Conventibus sacris inter-
erat assidue, verbi divini Præconē auctoritatib; attente, ad sacrū anima-
rum epulū accedebat devotè, virtuē sanctimonia studebat diligenter illi-
mè. Nec in publico duntaxat cœtu ita sese gessit, sed domi quoq; suæ
cultu divino nihil estimabat vehementius, nihil amabat impensius
DEI amantissima mulier. Idque ex eo elucet , qvod certam sin-
gulis diebus horam DEO ejusq; cultui consecraverat horam. Ubi
non raro in genua procumbens cum suspiriis lacrymisq; cordis
sui desideria coram DEO effundere deprehensa fuit. Id verò præ-
cipuum ejus temper fuit desiderium , ut dissolueretur ac cum Chri-
sto esset. Mortem qvippe omni ferè tempore meditata dicitur.
Agnoverat , experiundo edocta , mundi hujus miseras : didicerat
è contrario ex S. literarum Codice , qvanta futura sit cœlestis glo-
ria. Hanc igitur desiderabat , hanc exoptabat , hanc unice anhe-
labat. Et nunc votorum suorum compos adepta est , qvod anxiè
cupiebat. Experitur jam nunc veritatem dicti paulini , salvari mu-
lieres etiam per liberorum generationem. Vitam namq; proli-
datura propriam ipsa , heu ! vitam amisit. Ast hæc Defunctæ no-
vissima prolixius paulo descripta nobis dedit , qui cura in talutis cor-
poris ejus egit, Medicus Celebratissimus . Præ-Nobiliss. Ampliss.
atq; Excellentissimus DN. D. JOH. ERNEST. SCHAPERUS,
Med. P. P. O. & Sereniss. Ducis Mecklenburgici Archiater , Col-
lega, Fautor & Amicus noster Honoratissimus, cujus integra verba
legenda h̄ic sistemus. Ita verò ille ;

In felix

In felix Puerperium, quondam ad deploratam sexus fæminini frequentem in scena domesticâ oriundam sortem pertinet, quia uxores spes misericordiarum vixisse videntur & non unius miserie spectaculum se præbere coguntur, Beatae etiam nostræ tum morbi tum subsecutæ mortis causa est. Si quidem sanus atque Vegetus Agrippæ partu jamjam proditurus fœtus in itinere remorabatur, & eo ipso in vita sua discrimen redactus ob difficilem illico auxiliatricem manum, (nam post frontem capillatam occasio calva est) fœtus subito emoriebatur; sed adhuc magnâ sui corporis parte uteri ergastulo inclusus matri non minus inferebat vitæ periculum. Spatium hinc viginti quatuor horarum effluebat, ante quam à fœtu prorsus liberari poterat Puerpera & post superatam hanc nocivam moram excludebatur quidem heri mortuus, sed hodiè ad insignem jam tum putredinem dispositus infans, eoque ipso non levem subsecuturæ in Puerpera febris putridæ ardoris dabat suspicionem. Periculosus ægriæ sic status provida poscebat consilia, quæ omni studio adhibita nec in debito Lochiorum fluxu promovendo, nec aliis removendis necessariis deficiebant; Avertitamen non poterat, quin post superatos febris Lactæ paroxismos putredinis insignis indicia se manifestarent, hinc Cephalalgia, Anxieties Praecordiorum, respiratio molesta cum intercurrente lateris sinistri dolore pleuritico, tussis item cum materia viscida, quandoque sanguinolenta excretione, ut & Vigilæ in insultibus hystericas saepe recurrentibus se esse associabant & quod potissimum indolem putridam prodebat, erant transpirationes tam putridæ & fœtentæ, ut ferri ab adstantibus vix possent. In omnibus hisce per remedia convenientia & exquisita oborriebatur frequens medela, & successus inde felices oriundi spem restitutionis dabant. quanquam mihi ante vigesimum primum morbi diem ad-

B

modum

modum dubiam, quemadmodum ea quoque dubia erat; dum
ægra modo meliuscule modo pejus se habebat & quicquid re-
missionis morbus una die vel horæ ægra concedebat, tot vires
altera vice capiebat, sicque & agram, & adstantes & simul
me dejiciebat. Inter tot frequentes mutationes procede-
bamus quotidiè meticolosi, & cum supervenirent deliria
somno remittenti proxima, quæ utut levia essent, & hinc
ægra ad rogata responsonem appositam non tantum conce-
derent, sed & permetterent, ut de divina voluntate & provi-
dentiâ, cui se placide subjiciebat, pia formare posset cogi-
tata, hincque de Obitu suo mæstissimo marito dolorosissimo
queri cessaret, & cœlestis sapientia consiliis sapè tacita, sapè
placide & omnino devotè loquens acquiesceret, periculum
tamen morbi, difficilemque restitutionis spem augebant,
donec tandem morbi magnitudo prævaleret, & die 18.
Puerperii de Puerpera triumpharet fatalis necessitas.

Erat is, ceu supra dictum, sextus hujus mensis, & qui-
dem sole meridiem tenente, circa horam primam. Non au-
tem imparatam festinante alias pede accurrens mors Macaritem
nostram inveniebat. Non eam averfacta erat, sed advocave-
rat. Ab occiduo enim jam, mundanis valere jussis, eandem
exspectaverit. Totam se commiserat vitæ Auctori primo su-
premoque Domino mortis. Dulce JESU nomen & in corde
& in ore gerebat. Eum devotis invocabat suspiris, ut à quo
solo æternam, sperare salutem poterat. Inter hæc socrum
suam alloquebatur, cui pro omni fidelissimâ curâ, proque a-
more, quem haecenus ei fecerat testatum, debitas agebat
gratias. Dehinc ad sororem suam, quæ Excellentissimo
ac Facundissimo Academiz nostræ Oratori nupsit, se conver-
tebat simili termè ad eam directo sermone utens. Tandem
quoque

qvoqve marito suo ultimam eiqve juxta tristissimum vale
dictura, qvicqvid occurrebat argumentorum solatium af-
ferre aptorum illacrymanti proponebat, & gratis pro ex-
hibito ad ultimum hunc usqve halitum conjugali, eodem
que integerrimo, amore actis, divinæ eum commendaba-
bat providentia, idem, ut primum coram throno coelestis
Majestatis susteretur, se factura promittens. Qvibus
dictis, totam se dabat precibus, qvas inter etiam animam
exhalabat, posteaqva n vivendo consumfrat XXXIV. annos,
tresqve menes, duobus demis diebus. Permanxit ipsa
in fide, ac dilectione, & sanctificatione cum modestiâ, &
hinc in puerperio coniecuta est æternam salutem. Nullus
nunc corpus ejus excruciat morbus, nulos nunc sentit do-
lores, nullus nunc affligitur miteris, qvibuscum collu-
ctandum ipsi in hac vita fuerat. Æterno nunc fruitur gau-
dio, felicitate utitur summa. Gratulemur hunc ei statum,
DEum precantes, ut & nos, qvando ipsius placuerit sapien-
tissimæ voluntati, exitu tam felici beare velit. Moltissi-
mum interea DN. Viduum, & qyoscunqve sive consangvini-
tatis sive affinitatis vinculo sibi junctos habuit beatè in Do-
mino Defuncta, ipse soletur Spiritus solari, & qvidqvid bo-
ni optare Christianus animus potest, ijsdem largiatur.
Sed & nos, CIVES HONORATISSIMI ! qvod
christiana postulat conuento, in luctuosissimo hoc calu-
quantum in nobis est, præstemus, oportet. De apibus, ra-
tione nimicrum carentibus animalculis, Virgilius IV. Georg.
refert, ipsas more suo defunctas sepelire, ita canens :

Tum corpora luce carentum
Exportant teqvis & tristia tunera ducunt.

Qvanto igitur magis nos, qui non rationales dun-
taxat homines, sed etiam Christiani sumus, christianorum
R 2 funera

funera ducere' decet? Id igitur hodie agamus, CIVES!
Seqvamini, qvod efferendum est, funus. Ita namque chri-
stianæ officium humanitatis præstabimus Defunctæ, solatii ar-
gumentum præbebimus mœstissimo Viduo, & propriam
nostram meditari poterimus, mor-
talitatem.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus
Rostoch, d. 23. Nov. Anno
MDCCVII.]


Conveniemus horâ I. Pomeridij
in æde D. Jacobo sacrâ,



qvoqve mario suo ultimum ei
 dictura, qvicqvid occurrebat ar-
 ferre aptorum illacrymanti propo-
 bhibitio ad ultimum hunc usque hi-
 que integerrimo, amore actis
 bat providentia, idem, ut primi
 Majestatis sisteretur, se factur
 dictis, totam se dabant precibus,
 exhalabat, posteaqva n vivendo c-
 tresqve mentes, duobus demitis
 in fide, ac dilectione, & sanctific
 hinc in puerperio consecuta est a
 nunc corpus ejus excruciat morbu-
 lores, nullis nunc affligitur mi-
 etandum ipsi in hac vita fuerat.
 dio, felicitate utitur lumina, Gr-
 DEum precantes, ut & nos, qvand-
 tissimæ voluntati, exitu tam felic-
 um interea DN. Viduum, & qvo-
 tatis five affinitatis vinculo sibi ju-
 mino Defuncta, ipse soletur Spiritu
 ni optare Christianus animus p-
 Sed & nos, CIVES HONO-
 christiana postulat conseruatio, in
 quantum in nobis est, præstemus, o-
 tione nimirum carentibus animalcu-
 refert, ipsas more suo defuntas sepe-

Tum corpora luce car
 Exportant teccis & tristia

Quanto igitur magis nos, q
 taxat homines, sed etiam Christiani
 B. 2



issimum vale
 foliatum af-
 ratatis pro ex-
 gali, eodem-
 commenda-
 ono coelestis
 ns. Qvibus
 iam animam
 XXIV. annos,
 et manxit ipsa
 modestia, &
 em. Nullus
 c sentit do-
 scum collu-
 frui gau-
 nc ei statum,
 erit sapien-
 Moestissi-
 on langvini-
 eatè in Do-
 vidqvid bo-
 largiatur.
 I! qvod
 o hoc casu,
 apibus, ra-
 V. Georg.
 s:

nales dun-
 ifianorum
 funera